Rebuff. *ad ll.Galli.tract.de liter.executio.art.9.*
gl.5.num.10.cum ſeqq. & art.10.gl.1. num.8.
Maran. *de ord.iudic.6.p.tit.de appell.num.299.*
Duen. *regul.52.num.fi.* Mateſila. *in d.l.vnica*
num.2.& 7. de quo etiam latè Chriſtophor.
de Paz *tract.de tenut.c.12.à num.31. cum ſeqq.*
latè etiam proſequitur hanc doctrinam, &
limitationem poſt Cæſarem Contar.& alios,
Eſcacia *de appell.q.17.limi.6.memb.8.per to-*
117 *tum.* vbi eius varia reddit exempla omnino
videnda,& Paz etiam modò citato loco.

Sed pro coronide huius capituli illud
annectere libet, valde vtile circa illa reme-
dia poſſeſſoria ſummariiſſima, quorum ad
principium meminimus ex officio iudicis
inductum, iuxta *l.æquiſſimum ff. de vſufruct.*
118 quæ ſunt præparatoria ad poſſeſſoria ordi-
naria, quæque (vt diximus) durat ſolùm vſ-
queque lata ſit ſententia in ipſo poſſeſſorio
ordinario, vt ſcribit Neuiz. *conſil.30. num.7.*
Beneinten. *concl.79.num.4.* tanquam præpa-
ratorium, ex *l.liberis §.vlt.ff. de liberali cauſa.*
119 & reuocatur nunc in dubium, quid ſi lata
ſententia ſuper poſſeſſorio ordinario contra
eum, pro quo in ſummariiſſimo fuit pro-
nunciatum, & interlocutum; fuerit appel-
latum,aut ſupplicatum; an ei adhuc prode-
rit ea interlocutio, & an adhuc durare di-
cetur appellatione, aut ſupplicatione pen-
dènte à poſſeſſorio ordinario,in quo reſpon-
deo, quòd cùm huiuſmodi interlocutoria
dumtaxat durat, vſqueque lata ſit diffiniti-
ua in poſſeſſorio ordinario, ex Doctoribus
citatis, quæ non obſtante appellatione pari-
ter exequi debet (vt hactenus dictum eſt) ſe-
quitur; vt illa prior interlocutoria finem
tunc habeat, quando diffinitiua effectum
ſortitur,vt optimè & eleganter conſiderauit
Menoch. *de retinen. poſſ.rem.vlt.n.50.& 60.*
& ſic exequenda erit ſententia diffinitiua
lata in ordinario poſſeſſorio, nec interlocu-
toria impedimento eſſe debet, nec poteſt
priuilegium diffinitiuæ huic auferre.

Et obiter aduerte, quòd (ſicut ſuperiùs
dictum eſt) poſſeſſio datur hæredi inſtitu-
to, vigore *l.fin. C. de edicto diui Adri.* non
120 obſtante appellatione fauore teſtatoris,mul-
to magis deneganda eſt ipſa appellatio à ſen-
tentia ſeu pronunciatione de aperiendo te-
ſtamentum, vt probat text. *in l.fin.ff.de ap-*
pella.recip. & in l. quiſquis 6. & ibi B. Bal. Sa-
licet. & Paul.de Caſt. *C.quorum appell.non re-*
cip. quam legem Gratianus poſuit *in cap.vlt.*
verſ.ſi quis etiam auſus fuerit.2.q.6. Innocent.
in c.Paſtoral.num.3.verſ.ad hoc ita de off.deleg.
Archidiac. *in d.c.fin. num.16. 2.q.6.* Specul.
tit. de appell. §.in quibus num.10. verſ.8. lib.2.
Maran. *in Specul.p.6.act.2.prin.in verbo &*
quandoque appellatur limi.19.n.222.fol.506.
Rebuff. *tractatu de appella.gl.vni.art.9.n.10,*
tom.3. Menoch. *tract.de adipiſcen.poſſ.rem.4.*
n.7.fol.23. Et eſt ratio, quia apertura teſta-
menti celeritatem requirit, *ex d.l.fin.*

Et iterum à decreto ſiue iudicis manda- 121
to executiuo relaxato de euacuando,vel (vt
dicitur) de ſfractando appellationi ei defer-
ri,quia caret ſuſpenſiuo,tenent citandi DD.
eo quòd ſit cauſa ſummaria, & priuilegiata,
celeritatem deſiderans.Gramaticus *deciſ.58.*
num.15.& ſeq. Cæſar Contard.*in l.vnica n.4.*
C.ſi de momen.poſſ. Alexand. *in l.1.num.52.*
vbi Iſſ.*num.45.verſ.quartò adde ff.ſoluto matri.*
& poſt eundem Contar. *q.20. num.2. verſic.*
contrarium & num.3. & Bald.*in eadem l.vnica*
num.1. dixit Eſcacia *de appella.q.17.limi.6.*
memb.2.n.36. & idem *lib.1.cauſa.ciui & crim.*
c.5.à num.53.cum ſeqq. latiùs Marcheſa.*tract.*
de commiſſ.1.p.c.20.per totum in ſecunda im-
preſſio.fol.217. qui *in num.2.* aduertit quòd
licèt aliqui ex iis DD. loquantur de fabro
prope domum ſcholaris ſeu Doctoris mal-
leante, tamen ipſe cum Gramatico idem
firmat in inquilino, & conductore, de quo
latiùs per eum erit videndum ibi.

CAPVT XIII.

A ſententia lata à iudice,vt bono viro arbitrante, vel arbitro iuris, vel in iis, quæ iudicis arbitrio regulato, vel etiam libero, relinquuntur. ſeu etiam conſcientiæ, poteſtati,eiúſve mero officio; appellationi interpoſitæ non deferens vim an faciat.vbi etiam quid ab actibus, & ſententiis negatiuis.

SVMMARIVM.

Reductionis ſententia lata à iudice, vt bono viro appellationi non eſſe deferendum,qui teneant. num.1.

Sententia reductionis licèt admittat appellationem, an nihilominus ea pendente ſit exequenda.n.2.

Reductionis ſententiam admittere appellationem ſuſpenſiuam,qui cum Baldo ſubſcripſerint.n.3.

Couarruuias perplexus & varius redditur, in reſolutione huius articuli.n.4.

Baldi diſtinctio refertur.n.5.

Reductionis iudice confirmante arbitramentum non licere appellari, ſecus ab eo illud infirmante,qui tenuerint, recenſentur.n.6.

Appellationem eſſe licitam à iudice adito per viam reductionis,vt bono viro,vt magis communis & æquior opinio reſoluitur.n.7.

Quæ procedit ſiue ipſe iudex moderetur,ſiue confirmet,vel infirmet arbitramentum. ibidem.

Et hæc opinio maximè procedit ſi ſententia feratur ad fauorem eius, qui petit reductionem. num.8.

Reductionis ſententia an admittat appellationem iure Regio. n.9.remiſſiuè.

Laudi executio non eſt facienda pendente reductione ad iudicem vt bonum virum, vt verior opinio reſoluitur, & quot ſint in hoc articulo. num.10.

Iure Regio hæc opinio innouata eſt. n.11.

Laudi executio fit ſi ſit inter partes conuentum. num.12.

Vel ſi ſit ab aliquo ſtatuto ſic inductum. ibidem.

Et de aliÿs limitationibus, remiſſiuè.

Reductio arbitramenti ſi petatur poſt illius arbitramenti executionem, illam non reuocat, nec impedit.n.13.

Ab arbitratoribus & eorum arbitramento non licet regulariter appellari, ſed reductio peti ad arbitrium boni viri.n.14.

Reductio ad arbitrium boni viri intra decem dies debet peti iure regio. n.16.

Reductio an etiam iure communi debet peti intra decem dies. n.17.

Reductio coram quo iudice ſit petenda, & de variÿs opinionibus. n.18.remiſſiuè.

Reductio debet peti intra decem dies etiam iure canonico. n.19.

Arbitri ſententia an ſit exequenda non obſtante appellatione. n.20.& ſeqq.

Arbitri ſententia quando emologatur tacitè vel expreſſè. n.21.

Ab actu quem quis approbauit, non poteſt appellari. n.22.

Appellari quando poſſit ab arbitri ſententia, qui pro mareria videndi. n.23.

Arbitri ſententia etiam pacto nudo facto compromiſſo iure canonico recipit appellatio[illegible]em, & de ratione. n.24.

Ab arbitris iuris electis ſcilicet, ſuper recuſatione, aut competentia inter iudices Eccleſiaſticos appellari, an liceat. n.25.

Arbitri iuris habent iuriſdictionem à lege, & coram illis coguntur partes litigare, ſicut coram iudice. n.26.

Arbitri iuris habent à lege iuriſdictionis tertiam ſpeciem æquiparatam delegatæ. n.27.

Ab arbitris iuris licet appellare, quemadmodum & ab aliÿs iudicibus. ibidem.

A iudice habente arbitrium à lege, homine, ſeu ſtatuto, appellari licere,qui teneant. n.28.

A iudice cuius arbitrio aliquid committitur ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, qui teneant. num.29.

Iudex in arbitrariÿs argui non poteſt, quia tunc Deum iudicem rei huius cognitorem habet. num.30.

A iudice, cuius arbitrio aliquid relinquitur, non licet appellari in paruis & leuibus, ſecus in grauibus, in quibus quis enormiter læſus eſt. num.31.

In arbitrariÿs ſuper re magna quemadmodum enormiter læſus iudicetur. n.32.

A iudice habente liberum arbitrium, ſeu abſolutum à lege, ſeu ſtatuto, vel homine, non licet appellari. n.33.

Liberum arbitrium ex quibus verbis,& clauſulis datum iudici intelligatur. n.34.remiſſiuè.

Clauſulæ & verba, quibus arbitrium regulatum ſeu boni viri,iudici datum ſit. n.35.remiſſiuè.

A iudice cuius conſcientiæ aliquid terminandum, ſeu faciendum committitur,appellationi emiſſæ non defertur. n.36.

Conſcientia vbi ſit onerata iudici ſiue iure, ſiue forma commiſſionis & reſcripti, appellatio nec ſuſpendit, nec impedit executionem. n.37.

A iudice,cuius conſcientiæ aliquid committitur, appellatio eſt prohibita quoad ſuſpenſiuum effectum dumtaxat. n.38.

Conſcientiæ ſolus Deus ſuperior eſt, & ideo ad alium vt inferiorem appellari non debet. n.39.

Conſcientia iudicis vbi non eſt onerata ſimpliciter, ſed aliquid ſimul ſit appoſitum reſpiciens iuſtitiam, appellatio non eſt prohibita, n.40. & 47.

Appellari non poteſt ab aliquo,cuius conſcientiæ aliquid declarandum committitur,quando declarationem iuramento firmauit, quod procedit non in iudicio. n.41.

Dicto alicuius vbi ſit ſtandum ex quacumque diſpoſitione,intelligitur iurato, non aliter. n.42.

Dicto alicuius promittens ſtare, intelligitur iurato, non aliter. n.43.

Citare non debet aliquem iudex,cuius conſcientiæ aliquid iudicandum eſt commiſſum. n.44.

De materia quando aliquid conſcientiæ alicuius aliquid committitur, remiſſiuè. n.45.

Conſcientia cui aliquid terminandum committitur, debet eſſe cum iudicio diſcretionis. n.46. & 47.

Poteſtati iudicis quando aliquid relinquitur, id non ſubÿcitur iudicis neceſſitati. n.48.

A iudice, cuius facultati & poteſtati aliquid faciendum relinquitur,non licet appellari. n.49.

Iudex ſi ex ſtatuto poteſt aliquem carceratum ſub fideiuſſoribus relaxare, ſi non fecerit, non appellatur. n.50. Declara vt ibi.

A iudice facultatem diſpenſandi habente, & id negante, non licet appellare. n.51.

Delegans meram habet facultatem reuocandi iuriſdictionem delegatam. n.52.

Appellatio non admittitur ab auocatione iuriſdictionis facta per delegantem ſuperiorem. n.53.

Quod procedit ſiue auocatio fiat ſine cauſa, aut cum ea, aut cum leui, quia non licet appellari. num.54.

A iudice denegante id quod facere poteſt ex ſuo mero officio, appellari non valet. n.55.

A iudice non ſupplente de facto cùm poteſt, nec lædit, nec licet appellare. n.56.

Officio iudicis mercenario quod poteſt exercere motu proprio, quando aliquid committitur, ab illud negante non appellatur. n.57.

Secus de officio iudicis nobili, quod deſeruit actioni propoſitæ, & de vtriuſque exemplis. n.58.

Appellari non poteſt à iudice ſuum officium non interponente, quando pars interponendum non petit. n.59.

Procuratorem inhabilem ſi iudex non repellat, licèt poſſit ex officio, non licet appellari per partem id non petentem. n.60.

Ab iniuſta denegatione officij implorati licet appellari. n.61.

A iudice negante id cuius facultati relinquitur, non appellatur, ſecus quando concedit, ſed ex eo pars lædatur, quia tunc appellatur. n.62.

Iudex cuius facultati & voluntati aliquid committitur, ſicut cogi non poteſt per ſuperiorem, ita nec appellatur ab illo. n.63.

A iudice faciente quod facere, præcisè cogi & compelli poterit, non appellatur. n.64.

A iudice obtemperante literas requiſitorias, & permittente executionem, cùm illis obtemperare teneatur, non appellatur. n.65.

A iudice nolente adimplere iuſtas requiſitorias, cùm poſſit per ſuperiorem compelli, poteſt appellari. num.66.

Ab ordinario recuſante ſine cauſa inſtituere præſentatum, vel confirmare electum, appellari licet, vel etiam ſuperiorem adire per viam recurſus. num.67.

Ab ordinario negante licentiam iuſtam Rectori, vel alteri beneficiato, licita eſt appellatio. num.68.

A iudicis tarditate in miniſtrando iuſtitiam, vel illam negante licet appellare. n.69.

Tarditas & negligentia iudicis in miniſtrando iuſtitiam arguitur ex trina monitione. n.70.

Iudex negligens, à quo appellatum eſt, non poteſt reuocando grauamen reaſſumere iuriſdictionem. n.71.

Ob negligentiam, & tarditatem iudicis ſuperior adiri poteſt per viam querelæ. n.72.

Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. c.20. explanatur in illis verbis (niſi Epiſcopus prius requiſito eoq́; negligente procedat, &c.) n.73.

Error dicentium appellari non poſſe ab actibus & ſententijs negatiuis damnatur, & eorum falſa fundamenta. n.74.

Attentatum non adeſt, ergo non adeſt violentiæ recurſus, non eſt bonum argumentum. n.75.

Delatio negata iuſtæ appellationi ſufficit ad recurſum regium poſtulandum, cùm ſit pars & principium violentiæ, ex qua animi deliberatio ad illam inferendam detegitur. n.76.

Ab actis & ſententijs negatiuis ſiue diffinitiuis, ſiue interloquutorijs appellationi deferendum, ſi ſit legitima. n.77. vbi plura exempla recenſentur.

Appellationi ab actu negatiuo ſi iudex deferre non teneretur, licitè poſſet ad vlteriora procedere, cum retineat iuriſdictionem. n.78.

Appellari vbi non licet, iudex licitè poteſt ad vlteriora procedere appellatione non obſtante. num.79.

Argumentum validum eſt, appellatio non ſuſpendit, ergo iudex procedens non attentat. n.80.

Sicut econuerſo. ibidem.

Iudex deferens appellationi minimè deferendæ, abdicat à ſe omnem iuriſdictionem, & vltrà validè nequit procedere. n.81.

Sententia negatiua non trahit ſecum executionem à iure, nec iudice, cùm ius hoc illi priuilegium attribuat, quando legitima ſtat appellatio. n.82.

Sententiæ etiam ſecum executionem trahentis effectum ſuſpendit appellatio legitima. n.83.

Iudex non deferens appellationi legitimæ virtute regij decreti, aut aliàs in proxima eſt cauſa attentandi, & vim inferendi. n.84.

Iudex, ſi à denegante admittendam meam probationem, vel inſtrumenta non admittatur appellatio virtute decreti Regij; poterit ad ſententiam diffinitiuam procedere. n.85.

Ab actis & ſententijs negatiuis appellationi legitimæ, ſi vim non adeſſe declaretur, potiùs videretur auxilium violentijs præſtare. n.86.

Redduntur exempla. n.87. & ſuprà.

Grauamen in actis & ſententijs negatiuis fortius eſt, ac magis qualificatum eſt grauamen exequntum, in quibus ratio appellandi potentior viget, quàm in cæteris. n.88.

Regius Senatus in cognitione per viam violentiæ ab actibus negatiuis; ſolùm inquirit, an appellatio de iure ſit legitima, quæ ſi talis reperiatur, vim fieri decernit indubiè. n.89.

SATIS eſt apud iuris vtriuſque Do-
ctores controuerſum, in oppoſitaſque
itum ſententias, quibus anceps (ne dicam)
difficillima redditur vera eius reſolutio: an
à iudice definiente cauſam reductionis, vt 1
bono viro, appellationi non deferens vio-
lentiam faciat, & hoc caſu appellationem
licitam non eſſe, probat, & defendit Bar. *in
l.1. num.18. ff. de leg. 2.* Innocent. *in c. præ-
ſenti de reſcript.* Abb. *in c. quinta vallis n. 40.*
Ioan. Andr. *in additio. ad Specula. tit. de ap-
pella. §. in quibus verſic. quid ſi conuenerit li-
tera B.* Salicet. *in cle. in omnibus C. de ap-
pella. & in l. cum antea q. penult. C. de arbit. &
in l. ſocietatem §. arbitror ff. pro ſocio quæſt. 20.*
Cæpol. *conſilio ciui. 16.* Fulg. *conſil. 111. &
conſil. 113.* Lanfr. *in tractatu de arbit. quæſt. 22.*
Soci. iun. *conſ. 15. colu. 2. lib. 1.* Salicet. *inter
conſ. Cardi. conſ. 140.* Bologni. *ad Ananiam conſ.
51.* dicens ab hac opinione nec in iudican-
do, nec in conſulendo eſſe recedendum,
Panormita. *conſ. 38. lib. 1.* Roma. *in rubr. ff. de
arb. num. 8.* & Paul. Caſtr. *conſ. 121. num. 8. lib. 1.*
& hanc Bartoli doctrinam, & opinionem
veram eſſe, dicit Ferrari. *in forma libelli ad
formam compromiſſi §. nec reductio num. 9.* alios
plures Doctores, qui hanc ſententiam, &
Bar. opinionem ſequuntur: refert Additio.
ad Specula. *vbi proximè*, & magis commu-
nem dicit Couarru. latè diſputans *lib. 2. va-
riar. cap. 12. num. 5. verſ. tandem*, & quòd ab
iſta ſententia ſuper reductione poſſit appel-
latio interponi, vt de magis communi Pariſ.
2 *conſ. 55.* tamen hac appellatione, & ſecunda
reductione pendente poſſe fieri executio-
nem ſententiæ reductionis, tradit Boërius
*deciſ. 284. colu. fi. ſub num. 26. verſ. quod intelli-
go.* idem etiam affirmauit ante eum Philip-
pus Fran. *cap. Dilecto ſub num. 39. in fi. de ap-
pellat.* ſequitur Lancelo. Rober. per Fran. &
Boërium, *de attenta. 2. p. c. 16. à n. 28.*

3 Sed contrariam opinionem, imò appella-
tioni deferendum eſſe à ſententia lata per
iudicem ſuper reductione, eſſeque in eius
executione ea pendente ſuperſedendum,
ſubſcripſere Bal. *in l. 1. C. ne liceat 3. prouocare
num. 10.* Paul. Caſtr. Immol. & Alexan. *colu.
penult. & fi. in l. 1. ff. de legat. 2.* Immol. *in l. pu-
blicorum colu. 4. de publi. iudic.* idem Immol. *in
c. quinta vallis num. 36. de iur. iura.* Vitalin. *in
tract. clauſula.* vbi agit de reductione ad arbi-
trium boni viri. *c. fin. ad fi.* dicens, ita ſena-
tum determinaſſe, Baptiſ. de San. Blaſio *in
tract. de arbitr. quæſt. penul. colu. pen.* Areti. *in c.
ſuper his, num. 47. de accuſatio.* & ibi Feli. *n. 13.*
Alexan. *conſ. 106. lib. 3. num. 7.* Couarr. qui ve-
riorem dicit *lib. 2. variar. cap. 12. ſub num. 5.*
per quem & Alexand. & alios idem dicit
Ceual. *in commun. opi. 1. tom. q. 453.*

4 Sed quidem Couarr. non firmauit pedes
in hac ſecunda opinione, ſed *ſub dicto num. 5.
verſ. tandem, & ſequent.* inquit, quòd pares
ſint in hoc caſu defenſores, & vtraque com-
munis, & *in verſ. ſequent.* dicit, quòd ſi aucto-
rum numerus, & eorum exiſtimatio, ac pro-
feſſionis nomen, conſideranda ſunt, non du-
bitare B. ſententiam (hoc eſt priorem) magis
communem eſſe, ſiquidem præter ipſum ex
veteribus, & iunioribus plures magni no-
minis in iuris vtriuſque diſciplina, ei potiùs,
quàm contrariæ acceſſiſſe. & *in verſ. ſequen.*
dicit contrariam veriorem eſſe. Sed nihilo-
minus perplexus manet in reſolutione, &
electione, vt apparet *ex verſ. tertio & verſ.
quarto*, maximè quòd ipſe Couarr. non om-
nes Doctores, quos nos in prima opinione

congeſſimus, recenſet, ſed nonnullos eo-
rum tantùm, Bal. autem *in l. 1. C. de ijs qui pœ-
næ nomine*, diſtinguit, quòd ſi iudex redu- 5
ctionis læſit in modico, non appelletur, ſi
autem in magna quantitate, appellari poſſet,
quem in hoc alij ſequuntur, relati ab Addi-
tio. Specula. *in lib. 2. tit. de appella. §. in quibus
num. 16.* & Alex. *in l. 1. ff. de lega. 2.*

Alij autem dixerunt, vt prior opinio pro- 6
cedat, quando iudex reductionis confirma-
uerit priorem ſententiam, ſeu arbitramen-
tum, quia tunc in quo confirmauerit ſecun-
da ſententia priorem, appellationi non ſit
deferendum, nec executioni inſuper ſuper-
ſedendum, ſecus autem ſi prius arbitramen-
tum confirmatum non fuerit, quia tunc à
iudice vt bono viro arbitrante appellationi
eſſe deferẽdum, quoad vtrumque effectum
ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, notat ele-
ganter Immol. *in conſ. 130. in caſu præmiſſo ad
fi.* Lancelo. Robert. *de attenta. 2. p. cap. 16. n. 32.*
tenet Marcus Anton. Blanc. *in tract. de com-
promi. quæſt. 10. num. 20. ad fi.* probat Couar. *in
lib. 2. vari. d. cap. 12. ſub d. num. 5. verſ. quarto.*
vbi dicit, quòd ſi communem opinionem
(ſcilicet B.) admittamus, concedendum eſſe
ei locum fore, vbi arbitratoris iudicium à
iudice, ad quem itum eſt, fuerit confirma-
tum, quòd ſi iudex cauſa reductionis ſen-
tentiam dixerit aduerſus eum, qui non pe-
tierit reductionem, & ſic arbitratoris iudi-
cium reuocauerit, ſic grauatus hac defini-
tione appellare poterit, ſequutus Anton.
Blan. *vbi proximè.*

Sed nihilominus licèt priorem B. opinio- 7
nem aliquando præualuiſſe, appareat; ta-
men iam his temporibus Baldi, & ſic vt ſit
permiſſa appellatio à iudice adito per viam
reductionis tanquam bono viro, ſiue mode-
retur arbitramentum, ſiue confirmet, vel in-
firmet, & æquitas, praxis, & Doctorum con-
curſus, approbant, & ſequuntur, prout vltra
ſuperiùs citatos communem, & æquiorem
eſſe, teſtantur Alexand. *conſ. 106. viſo themate
colu. 2. lib. 3.* & ex Alexan. & Boër. idem dicit
Eſcacia *de appell. quæſt. 17. limi. 14. num. 3.* &
magis communem dicit ex Villalo. *in ærario
commu. opini. lib. 6. verb. reductio.* Additionat.
ad pract. Papienſ. in forma libelli quo agitur
ad pœn. *in gl. nec reductio. ſub num. 9. in lite-
ra A. in verbo contrarium. fol. 461.* ſequitur
etiam Menoch. *conſ. 217. exiſtimauerim, n. 29.
& 30. lib. 3.* & incõſtanter ponit hanc opinio-
nem Nicell. *tract. de concor. gloſ. concor. 6. fal. 12.
num. 46. fol. 192.* obiter etiam hanc opinio-
nem ſequitur Eſcacia *lib. 1. tract. cauſar. ciuil. &
crimi. c. 2. ſub num. 456.* hanc opinionem eſſe
veram, & obſeruatam atque approbatam in
regno Franciæ, teſtatur Additionat. ad Alex.

d.conſ.106.ſub num. 6. litera B. & in verbo ap-
pellatio,& vt magis communem refert,& ſe-
quitur Magon. in deciſ. Lucen.37.lib...num.4.
8 vbi dicit, procedere maximè, ſi feratur ſen-
tentia ad fauorem eius, qui petit reductio-
nem. Et hanc opinionem vt probabiliorem
ſequitur Fachineus controuerſ.iuris lib.8. c.96.
per totum, quam acutè examinat, & hinc in-
de fundamenta referens, perpendit, & con-
trariis ſatisfacit, videndus. ſequitur etiam
Beneintend.deciſ.15.per totam, vbi etiam re-
citatis opinionibus pro vtraque parte dicit
hanc magis communem. quam etiam vide-
tur ſequi (licèt confusè) Cardin.Tuſ.practi.
concluſ.litera A.concl.414.per totam.& poſt Pa-
riſium, & Afflictum, idem, licèt obiter, te-
net Marqueſ.de commiſſ. à lando. & per rela.1.
p.cap.17.num.23.
9 Quid autem iure regio nouiter ſit indu-
ctum, omnino vide l.4. tit.21. lib.4. recopila.
Couar. vbi proximè num.6. Auenda. in c.præ-
tor.cap.1.à num.26. Auiles verbo execution.c.1.
num. 9. & 26. in capit. præto. Oroſius in l. de
quibus num.87.ff. de legib. Gutierr. in l. nemo
poteſt,quæſt.7. à num.417. cum ſequentib. de le-
gat.1.Caſtill.in l.64.Tauri num.75. Olan.lite-
ra S.num.9.Paz in prax. 1.tom.p.4.num.4.& 5.
cap.1.& cap.3.num.20.& 22.Roderi. Xuar.in
repeti. l. poſt rem nota. 8. in §. eſt & alius caſus,
apud quos quid iure Regni ſit introdu-
ctum, videbis, & latè gl.1.l.fi.tit.4.p.3.& l.5.
tit.2. p.1. verbo, des juicios, alios citat Valdeſ.
in additio.ad Roderi.Xuar vbi proximè.
10 Hactenus diximus de ſententia iudicis,
ad quem itum eſt per reductionem vt bo-
num virum ſuper iudicio arbitratoris. nunc
quærendum, quid pendente ipſa reductio-
ne, & non obſtante;an poſſit executioni de-
mandari arbitratorum iudicium. In quo ar-
ticulo quinque reperiuntur diuerſæ opinio-
nes. ea tamen receptiſſima eſt,& amplecten-
da: vt reductione pendente ad iudicem vt
bonum virum, non ſit facienda executio
laudi, ita tenet Bal. in l.tale pactum §.qui pro-
uocauit colu. fin.in penult.quæſt.ff.de pact. tenet
etiam Ab. contra Cardi. in c. quinta vallis n.
41.de iureiur. Soci.conſ.27.col.penult.lib.4.Ve-
riorem dicit Marant. de ord.iudi.3.p.6.p.prin.
in actu 2.ſub num.110. Philip. Fran. in c.dile-
cto num.30.de appella.ſequitur Lancelo.de at-
tenta.2.p.c.16.num. 10.& ſeqq.cum quo tran-
ſit, & ſequitur in ampliationibus, & limi-
tationibus (vt aſſolet tranſcribendo) Eſca-
cia de appella.quæſt.17. limi.4. à num 6. ſequi-
tur Boër.deciſ.274.à num.24.vbi de ſtylo ſer-
uari teſtatur Lanfr. deciſ.461. incipit arbitra-
mentalis.Alex.conſ.43.quia ſubtiliter.n.9.lib.6.
& in conſ.119.quæritur ergo. num.17.eodem lib.
Pariſius conſ.45.ſatis concludenter num.6.lib.1.
Galleſius de obligatione in forma Cameræ q.3.
4. p. obli. in forma Cam. num. 5. & ſeqq. Grat.
conſ.118.videtur num.19.lib.2.
Quæ opinio noſtro iure Regio alterata 11
eſt per text. in d. l.5. tit.21. lib.4. recopila. vbi
poſtquam à prin. dedit formam exequendi
arbitratoris ſententiam;in hæc inquit: y ſi la
otra parte obiere reclamado o reclamare ò pedido
o pidiere relacion y albedrio de buen varon o fecho
o ficiere de nullidad o por otro remedio o recurſo
alguno. ſi la tal ſentencia arbitraria fuere confir-
mada por el preſidente y oidores que de la tal
ſentencia confirmatoria no aya mas ſupplication
ni nullidad ni otro remedio alguno, pero ſi por
juez inferior fuere confirmada, que pueda appel-
lar para ante el preſidente y oidores para que ſen-
tencien en ello, y ſi fuere confirmada no aya mas
grado, y ſi fuere reuocada por el preſidente y oydo-
res de la tal ſententia reuocatoria ſe pueda ſup-
plicar para ante ellos miſmos, quedando en ſu
fuerça la exequution haſta que ſe de ſentencia en
reuiſta, &c.
Quæ concluſio multipliciter limitatur, 12
ſcilicet; quando aliud ſit contractum inter
partes, vt arbitramentum habeat executio-
nem paratam, vel id ſit ab aliquo ſtatuto in-
ductum, & de aliis pluribus videndus Lan-
celo.de atten.2.p.cap.16. à num.28. vſque ad fi.
quem etiam tranſcripſit in omnibus Eſcacia
vbi proximè.
Sed illud non omitto, quòd ſi executio 13
arbitramenti petatur, anteaquam reductio
eius ad arbitrium boni viri, hoc eſt, iudi-
cem; ſit petita, quia tunc reductio ſubſe-
quens non impedit executionem præceden-
tem, ita Ioan. de Immol. conſil.130. in caſu
præmiſſo colu.2. ſub num.7. ad notata in l.ſed ſi
ante ff. de exceptioni. & per Caſt. in auth. quæ
ſupplicatio C.de precibus impera.offeren. optimè
per Lancelo. vbi proximè n.46.cum ſeqq.
Hæc tamen hactenus à nobis dicta pro- 14
cedunt in arbitramento, & in arbitratori-
bus, à quorum ſententia non licet regulari-
ter appellare, ſed reductio peti ad arbitrium
boni viri. l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio.
& ibi B.& cæteri c.quinta vallis. cum ſua ma-
teria de iur. iur. quia ſi datur in ea emologa-
tio,& approbatio tacita, niſi per triginta an- 15
norum ſpatium, nam intra ipſum quando-
cumque reductio peti poteſt, plurimos in id
congeſſit comprobans Marant. de ord. iud.
tit.de appella.à num.110. & præcipuè à n.112.
& num.260. Corneus conſ.17.& conſ.177. &
alios allegat Ceuall. in contra commun. q.89.
num.2. ſed hodie hæc reductio debet fieri
intra decem. dies, ex l.35.tit.4.p.3. ibi, e ſi 16
callaſſe haſta diez dias, deſpues que fueſſe dada
la ſentencia,&c. quæ fuit opinio Speculatoris
in tit. de arbitris §. ſequitur. verſ. ſed intra quod
tempus,

tempus, plures allegat in comprobationem
Ceuall. vbi proximè num.3. latè diſputat, &
examinat Fachineus controuer. iur.lib.8. c.95.
17 per totum, vbi viriliter defendit poſt alios,
etiam iure communi reductionem peten-
dam eſſe intra decē dies. allegat text. quem
dicit expreſſum in l.penult.C.de arbitris,quem
vide etiam & latè eodem lib.8.controu.94. qui
18 varias refert opiniones ad illam quæſtio-
nem, coram quo iudice ſit petenda redu-
ctio,Ceuall.etiam vbi ſuprà num.7. eas etiam
recenſet Eſcacia de appell. quæſt.17. limi.14.
num.5. (neutram tamen elegit) eas etiam
refert Foſſan.deciſ.14.& ſic illum terminum
decem dierum l.regiæ puto etiam procede-
re iure canonico, cùm nihil ſpecialiter in
19 eo ſit diſpoſitum in oppoſitum, maximè
cùm iure communi ſecundùm magis veram
opinionem, vt per Fachineum ſit inductum
iuxta ea,quæ latè dixi 1.p.c.2.§.3.à num.14.
20 Quid autem ſit dicendum à ſententia
arbitri, an ab ea appellationi non deferens
vim faciat, in quo breuiter eſt dicendum,
quòd licèt iure ciuili appellari nullo modo
poſſit à ſententia arbitri regulariter, quia
cùm non oriatur ex ea actio, appellatione
non eſt opus, l.1.ff. de arbitris. & tamen in
duobus caſibus quando ſcilicet, compro-
miſſum factum eſt ſine pœna, & ſententia
21 arbitri, eſt emologata expreſsè (hoc eſt ap-
probata per partes) cui ſe ſubſcripſerunt.
item & quando tacitè, ſcilicet per lapſum
decem dierum, ſententia arbitri executioni
demandatur, text. in l. cum antea, per totam
C.de arbitris l.fi. tit.4.p.3.vbi Gregor.in gl. las
partes.idem eſſe, ſi compromiſſum ſit pœna-
le, declaret bene Roderic.Xuar.in l.poſt rem.
verſ. eſt alius caſus.fol.262. & eius additiona.
ff. de re iudi. & licèt his duobus caſibus oria-
tur actio, nihilominus ab ea non appellatur,
quia quando ſententia arbitri tacitè eſt ho-
mologata per lapſum decem dierum, cùm
non nata ſit actio, niſi poſt illos decem dies,
& tunc non poteſt habere locum appella-
tio, quia ſera eſt, ſcilicet poſt terminum,
auth.ſed hodie C.de appella.cap. concertationi de
appellatio.in 6. in expreſſa autem homologa-
tione, & ſic quando eſt ſententia arbitraria
ſubſcripta, & approbata, iam eſt tranſlata in
rem iudi. ex conſenſu & voluntate ipſarum
partium, nec poſtmodum poteſt diſplicere
appellans, ita probatur in regulis & iuribus
vulgatis, & etiam ex eo, quia ab actu quem
22 quis approbauit, appellare nullo modo po-
teſt. l.ab eo C.quomodo & quando iud.l. fi. C.de
tempor. appella. notat Socin. in conſ.43.colu.
penult. in fi. in 1.volu. Ludoui. Roma. conſ.9.
in fi.allegans l.ad ſolutionem C. de re iudi. Ma-
rant.de ord.iud.6.p. tit. de appella. num.306. &
in ſpecie & terminis latè Iſſ. &c. & in termi-
nis probat latè Cardin. Tuſ. practi. concluſ.
tom.1. liter. A. concl.413.per totam, vbi poſt
alios de communi opinione teſtatur, & poſt
Cyn.Bal.Sali.Paul.& alios in l.1.C.de arbitris.
& poſt Ab.Alex. Marc.Anto. Blanc. & alios
tenet Eſcacia lib.1. tract. cauſar. ciui. & crimi.
cap.2.. num.36.52. in fi.& 529.& iterum in
tract.de appella.quæſt.17.limi.13.num.1.& ſeqq.
latè Iſſ. in l. arbitror num.11.ff. qui ſatiſ. cogan.
vbi Ioan.Oroſci. num.7. latiſſimè Marant.de
ord. iudi.6.p.prin. actu 2. tit. de appella. n.259.
& ibi à num.250.cum pluribus ſequentibus.per- 23
eleganter, & cum maxima diſtinctione tra-
ctat, quando poſſit appellari à ſententia ar-
bitri, ad quem videndum omnino te remit-
to, plures allegat Mencha. de ſucceſſ. creatio.
§.10. num. 5. latè Gutierr. in repetit. l. nemo
poteſt ff. de legat.1. à num. 417. cum ſeqq. vbi
tractat, quòd hodie iure Regio ſit diſpoſi-
tum vltra Doctores Regnicol. à nobis ſupe-
riùs allegatos verſ.quid autem iure Regio, &c.
num.9.
Tamen iure canonico aliud eſt dicen- 24
dum, vt appellationi à ſententia arbitri in-
teriectæ niſi iudex deferat, violentiam face-
re, certum eſt, quocunque pacto etiam nu-
do factum fuerit compromiſſum, cùm ex
eo illo iure actio naſcatur à ſententia arbi-
tri, cùm arbitria redacta ſint ad inſtar iudi-
ciorum. l.1.ff. de arbitris. appellatio vtique
permittitur. glo. in c. à iudicibus 2. q.6. verbo
ordinarij in princ. & communem dicit Ripa
in l. nemo poteſt num.91.ff. de legat.1. Ioan.
Oroſ. in d.l.arbitro.num.7. & Paul.Caſtr. in l.
vnam & poſtea §. ſi minor num. 8.ff. de iur.iur.
& eſt magis communis opinio ſecundùm
Alexand. in l. ait prætor in princ. num. 3.ff. de
re iudic. Gutierr. in d. l. nemo poteſt num.425.
vltra quos hanc etiam ſententiam probant
plures relati à Marco Anton. Blan. in tract.
de compromiſſ. in quæſt.10. de appellatio. & de
reductione ad arbitrium boni viri, Panormi.
in c.cum dilect.num.17. de arbitris. Marant. de
ord.iud.6.p.c. de appellatio. ſub num.257. verſ.
ſecus eſt de iure canonico, &c. & poſt plures
alios communem reſoluit Lauren. Kircho-
uius commun.concluſ.cent.1.conſ.15.qui eſt in-
ter communes opiniones tom.3.in princ. &
poſt Romanum etiam tenet Cardi.Tuſc.vbi
proximè d.concl.413.num.9. & ita dicendum
eſt, vt appellationi à ſententia arbitri ſit de-
ferendum iure canonico, intellige, niſi ſit
tacitè vel expreſsè à partibus homologata,
quoniam poſtquam pars ſententiæ conſen-
tit, recurſum in iure non haberi ex proximè
dictis.
Quid autem de arbitris iuris eſt dicen- 25
dum, ſcilicet de iis, qui eliguntur ſuper re-
cuſatione

cuſatione iudicum Eccleſiaſt. iuxta text. in
c. ſi contra vnum de off. delegat. in 6. vel ſuper
competentia iuriſdict. iuxta celebrem text.
in c. paſtoralis de reſcript. de quo nos latè alibi
diximus, nam ex quo iſti arbitri à iure, &
26 eius neceſſitate eliguntur, habeant iuriſdi-
ctionem à lege, nam ita partes coram eo ne-
ceſſitantur, litigare, ſicut coram iudice, no-
tant Ab. in c. ſuſpicionis de off. delegati. Maran.
de ordine iudi. 4 p. 6. d. num. 12. ad fin. fol. 142. in
27 paruis, qui habent tertiam ſpeciem iuriſdi-
ctionis, ſimilem, & æquiparatam delegatæ
iuriſdictioni, magis quàm ordinariæ, vt te-
nent Bald. in conſil. 90. & in conſ. 470. 1. volu.
Corn. conſil. 54. colu. 2. volu. 2. Bald. in l. aper-
tiſſimi colu. fin. verſ. quarto quæro. & in l. ſi. nota.
7. C. de iudi. & ibi etiam B. Ang. & Salic. Feli.
in c. fin. num. 11. colu. penult. in fi. de re iudicata,
& notat in c. ab arbitris, de offic. delegat. lib. 6.
Marant. vbi proximè num. 13.

Quare ab iſtis arbitris iuris appellari lici-
tum eſt, quemadmodum, & ab aliis iudici-
bus, probat text. expreſſus in c. ab arbitris de
off. delegat. lib. 6. vbi notant Doctores, & in l.
arbitrio, ff. qui ſat. cogan. Marant. de ord. iud. 6. p.
tit. de appell. n. 261. fol. mihi 617. & loco proximè
citato d. num. 13. idem probat multa in pro-
poſitum adducens Seſe in deciſ. 113. tom. 2. à
num. 50. ſequitur etiam Ripa in l. nemo poteſt
à n. 90. & Alciat. num. 48. ff. de legat. 1. Abb.
in c. cum dilect. colu. 10. de arbitris B. in l. 1. §.
interdum ſub num. 8. in fi. ff. à quibus appell. non
licet. Bald. in l. penult. in fin. ff. de his qui ſunt ſui
vel alieni iur. & in l. diem, §. ſtari ff. de arbitr.
Felin. in c. fin. num. 11. & 12. de re iudi. Anto.
de Butr. in c. quinta vallis 23. ſub num. 38. de
iur. Socin. in reg. 17. appellare à ſententia fall. 3.
Paul. de Caſtr. in l. à diuo Pio, in princ. ff. de re
iudi. Marc. Anton. Blanc. tractatu de compro-
miſſo q. 10. verſ. contrarium tom. 3. p. 1. fol. 204.
Lanfr. in tractatu de arbitr. quæſt. 24. Eſcacia
tractatu cauſ. ciui. & crim. c. 2. num. 5. & ſeqq. &
de appella. quæſt. 17. limi. 13. num. 3. & verſ. vbi
reddit rationem, quia arbiter iuris dicitur
habere iuriſdictionem, ſicut iudex, & quia
cùm iſte arbiter ſit ex neceſſitate iuris, ab
eius ſententia licet appellari, quemadmo-
dum quando & ab aliorum iudiciorum li-
bet, glo. in c. à iudicibus 2. q. 6. Iſſ. in d. l. nemo
poteſt 2. lectur. num. 92. alios allegans, idem
dicit ibi Ioan. Gutier. num. 130.

28 Circa illud autem, quod tertio loco ap-
poſuimus in hôc capite, an appellationi
emiſſæ ab iis, quæ relinquuntur iudicis ar-
bitrio regulato, vel libero non deferens iu-
dex vim faciat, duæ reperiuntur circa arbi-
trium regulatum opiniones contrariæ, &
quod in omni caſu, in quo iudex habet ar-
bitrium à lege, homine, ſeu ſtatuto, ab eius à
ſententia appellationi emiſſæ per grauatum
eſſe deferendum, tanquam licitæ, verum
crediderunt, glo. in c. ſuper his, in verb. arbi-
trium. & ibi latè de materia. Felin. num. 7. de
accuſatio. glo. verbo, ſi qua pœna. glo. vlti. ff. de
regul. iur. glo. in c. Romana §. quod ſi obijciatur
in verſ. minus legitima, de appellatio. in 6. Ale-
xand. in l. & ſi ſeuerior in fin. C. ex quibus cauſ.
infam. irrog. & in l. 4. colu. penult. & fin. ff. de le-
gat. 2. & conſil. 106. num. 7. lib. 3. qui de com-
muni teſtatur, relati à Boërio deciſ. 284. n. 16.
Aretin. in l. videamus §. deferre num. 6. & ibi
Alexand. ff. de in lit. iur. Rip. in l. in quartum
num. 122. vbi etiam Alciat. num. 39. ff. ad leg.
Falcid. Ripa in l. ſi inſulam num. 36. ff. de verb.
oblig. Abb. in c. 1. num. 7. de dilatio. Felin. in c. ex
literis num. 23. de conſtitu. & in c. cum veniſſent
num, 9. de iudicijs. Angel. in tract. de maleſi. ver-
bo, præſente dicto Caio num. 32. & ibi Auguſti.
in additione Marſi. in l. quæſtioni num. 67. ff. de
quæſti. Caſſan. conſ. 68. num. 23. & 24. Duaren.
in l. in actionib. in verbo licuit enim ei, &c. in fi.
ff. de in litem iuran. Mantua. in c. ſi. num. 16. de
iur. iur. Couar. variar. reſolu. lib. 2. cap. 12. n. 5.
verſ. 2. aduerſus Bar. Bernar. Diaz in regul. 40.
Anto. Gomez. variar. reſolutio. tom. 3. cap. 1. de
delictis num. 63. vbi de communi teſtatur,
prout illum refert Bonacoſſ. p. 2. commu. ôpi-
nio. pag. 41. à tergo colu. 2. verſ. 2. incipit iudex
in ijs quæ eius arbitrio committuntur. & p. 1. pag.
mihi. 117. colu. 2. ſub verſ. multari quis illico non
debet. in fi. Octauia. Simoncell. in tract. de de-
cretis tit. 1. lib. 1. num. 8. Boſſius in tract. de mul-
ctis num. 4. Cagnol. in l. 1. num. 22. ff. ſiquis ius
dicen. non obtemper. Maccon. deciſ. 42. num. 22.
Rebuf. tract. de cong. port. verſ. vlt. ſi Epiſcopus
fol. 103.

Sed pro contraria parte, imò appellatio- 29
ni interiectæ à ſententia eius, cuius arbitrio
aliquid committitur, tam in ciuilibus, quàm
criminalibus non ſit deferendum, facit, quia
iudex in arbitrariis argui non poteſt, proba-
tur authoritate gloſſæ in c. ſtatutum §. acceſſo- 30
rem verb. relinquatur, de reſcript. in 6. quia tunc
ſolum Deum iudicem eſſe huius rei cogni-
torem, vt dicit conſ. 38. num. 7. & quia ſupe-
rior non poteſt inferioris conſcientiam, &
animum immutare. Bal. in l. 1. in fi. verſ. ſcias
tamen C. de ſententijs ex Breuil. recit. nec enim
vis animo inferri poteſt. probant etiam In-
nocent. in c. præſenti de teſti. B. in l. 1. in fi. ff. de
legat. 2. diſputatio. 1. Bal. in l. 2. C. quomodo &
quando iud. Salicet. in l. ſocietatem §. arbitrorum
num. 26. ff. pro ſocio. & in l. cum antea C. de arbit.
Iſſ. in l. ſi ſic legatum num. 5. de legat. 1. & in l.
de pupillo §. qui opus num. 4. de oper. noui nunc.
Amadeus de ſyndi. num. 147. Pariſ. de Put. in
eod. tract. tit. de poteſtate iudic. num. 1. Curtius
iun. in l. 1. num. 30. ff. de iur. omni. iudi. Boër.
deciſ.

deciſ. 284. num. 17. verſ. contrarium. Caſtr. conſ.
296. colu. fi. lib. 2. Moder. in apoſti. ad Alexan.
conſ. 106. num. 17. lib. 3. Ripa in l. 2. num. 29. ff.
de re iudi. Roman. conſ. 27. & conſ. 261. & conſ.
364. Aymon. conſ. 78. num. 8. Caſſiado. deciſ. 7.
num. 4. Fab. à Monteleon. in prax. arbiter. pag.
385. num. 31. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1.
quæſt. 70. num. 6. verſ. contrariam itaque ſenten-
tiam ſequutus. Hierony. Magon. deciſ. Lucenſ.
42. num. 21. 1. p. & ibi deciſ. 43. num. 3. Paul.
Granut. in ſuis commun. concluſ. Theorem. 3. in fi.
Ioan. Marc. Monticel. in practi. crimi. regul. 2.
num. 14. alios refert Menoch. vbi proximè à
num. 7. Marſi. in l. quæſtionis modum ff. de quæ-
ſtio. Cæpol. in auth. ſed nouo iure num. 56. C. de
ſeruis fugiti.

Et hanc vltimam opinionem amplectun-
tur Menoch. citato loco num. 12. vbi facit re-
gulam negatiuam, vt in hoc caſu non liceat
appellare cum diſtinctione, de qua protinus.
eam in effectu poſt longam indagationem
reſoluit Proſper. Farin. in pract. crim. tom. 1.
quæſt. 17. à num. 27. eam etiam videtur ſequi
Eſcacia de appella. quæſt. 17. limi. 15. num. 2.
poſt Marcheſ. Nicell. Menoch. & alios, quos
citat.

31 Dummodo intelligatur, vt procedat in
his, quæ ſunt parui præiudicij; vt puta in
cauſis paruis, & leuioribus, ſecus in iis, quæ
ſunt magni præiudicij, puta: in criminali-
bus, vel in ciuilibus cauſis màgnis, nam in
iſtis ſi ſe grauiter, aut enormiter læſum per
ſententiam ſenſerit aliquis, poterit appella-
ri: tenent ferè omnes Doctores vtriuſque
opinionis, vt videre eſt ex his, quos nomina-
tim refert Menoch. vbi ſupra à n. 16. cum ſeqq.
& Farina. n. 31. quos per te vide, apud quos
32 etiam videre poteris, quando quis hoc caſu
dicitur enormiter læſus, & ponit Maſcar. de
proba. lib. 2. concl. 696. Hactenus de arbitrio
regulato.

33 At à ſententia lata per iudicem habẽtem
à lege, homine, vel ſtatuto liberum, ſeu ab-
ſolutum arbitrium, appellationi interpoſitæ
non deferens vim nec faciet, & in hoc caſu
multominus dandam eſſe appellationem,
dixere Innocen. & Hoſtienſ. in c. ſi. de ferijs.
Ioan. Bapt. à Seuerino in l. admonendi n. 265.
verſ. 1. ff. de iur. iur. Feli. in c. exceptionem num. 2.
in fi. de exceptio. & in c. de his num. 8. de accuſa.
vbi plures alios allegat concordantes Ruin.
conſ. 149. num. 9. lib. 4. Iſſ. in l. 1. in prin. num. 6.
ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. Decius in c. ad
hoc colu. 3. de appella. Ab. in c. prudentiam §. 6.
de off. delegati. Couar. lib. 2. variar. reſolutio.
cap. 12. num. 5. Menoch. de arbitr. iudi. d. q. 70.
num. 13. Farinac. d. tom. 1. quæſt. 17. num. 30.
Hieron. Magon. deciſ. Lucenſ. 42. num. 21. verſ.
quia quod non detur 1. p. Anto. Gom. lib. 3. va-
riar. cap. 1. num. 63. de communi teſtatur Bo-
nacoſſa. commu. opini. p. 2. pagi. 41. colu. 4. verſ. 2.
Octauia. Simoncel. in tract. de decretis el 1. tit.
1. num. 8. idem ſenſerunt. Butr. & Immol. in
c. irrefragabili de off. ordinarij. dum ſcribunt, ap-
pellationem cenſeri reiectam à ſententia iu-
dicis, cui datum eſt liberè iudicare. Et de 34
ſingulis verbis, quæ conueniant libero arbi-
trio, & de eorum natura, plurima, vtiliſſi-
ma in vnum congeſſit Menoch. de arbitr. lib.
1. quæſt. 7. per totam. iterum verba & clauſu-
las, quibus arbitrium regulatum, ac viri bo- 35
ni confertur, congeſſit ipſe Meno. ibi quæſt. 8.
per totam, apud quem videre potes.

Circa inſpectionem autem illius exami- 36
nandi articuli, an iudice, cuius conſcientiæ
aliquid dicendum committitur, appellatio-
ni interpoſitæ non deferens an vim faciat:
breuibus reſpondeo negatiuè, cum ſcilicet,
ab eius ſententia appellatio non ſit licita,
probant Angel. in l. de pupillo §. qui opus ff. de
operis noui nuntiati. & ibi Paul. Caſtr. Alex. &
Iſſ. moti per gloſſam reputatam ſingularem
in c. ſtatutum §. acceſſorem in verbo, relinquatur,
de reſcript. lib. 6. quæ id dixit expreſsè. ſequi-
tur Petrus Philip. Corneus in conſ. 188. col. 2. in
litera C. vol. 2. Feli. in c. ſuper ijs col. 4. de accuſat.
Marant. de ord. iudicio. 6. p. tit. de appella. n. 352.
Nicell. tract. de concor. gloſſ. concord. 6. fall. 22.
num. 63. tom. 18. fol. 193. Rebuf. tract. de appella.
art. 3. gl. vni. num. 2. & 3. Tiraquel. in tract. de
lignag. §. 4. gl. 1. num. 11. Gregor. Tholoſ. tract.
de capella. lib. 3. c. 15. num. 1. & ſeqq. fol. 347. vl-
tra quos, quòd à ſententia iudicis, cuius con-
ſcientia fuiſſet onerata, vel ex diſpoſitione 37
iuris communis, vel ex forma commiſſio-
nis, vel reſcripti, appellatio ſubſequuta nec
ſuſpendat, nec impediat executionem eiuſ-
dem, facit gl. in clem. 1. in verbo oneramus de iur.
patro. quam Paul. & Laurent. & Cardin. ſe-
quuntur ibi Rot. deciſ. 18. alias 443. fuit dubi-
tatum. ſub num. 3. & 4. de conceſſ. præben. in nouis.
Cephal. conſ. 89. affatim, num. 14. lib. 1. Pilipp.
Fran. alios allegans in rub. de appella. num. 7. la-
tè per Gemini. Immol. Francum, & alios in
d. §. aſſeſſorem. & per Hoſt gl. Card. in d. clem. 1.
de iur. patro. quæſt. 16. Roma. conſ. 27. viſo the-
mate, alios citans poſt prin. & conſ. 261. ſuper
eo. Alexan. in l. in prouinciali §. qui opus de oper.
noui nunti. Ab. Panormi. in c. ſuper his num. 16.
de accuſa. Feli. in c. ſignificaſti el 1. de homicidio.
pleniùs in cap. 1. colu. 20. verſ. & ſi dicatur con-
ſcientiæ tuæ, de conſtitutio. Andr. Barba. in c. ne
initiaris, vbi latè de conſtitutionibus, & in
conſ. 36. ad propoſitum n. 7. & ſeqq. lib. 2. Æguid.
deciſ. 18. incipit me ratio conſcientiæ. & quòd
ſit iſta prohibitio appellationis quoad ſu- 38
ſpenſiuuum effectum dumtaxat, vltra ſu-
pradictos probant Lancelo. de attenta. 2. p.
cap. 12.

*cap.*12. *limi.*10. *num.*10. Mil. *in reperto. verbo*
*appellatio.verſ.appellari nõ poteſt fol.*15.& cum
Lancelo.idẽ dicit Eſcacia *de appellatio. q.*17.
*limi.*15.*ſub num.*3 .vbi allegat etiam Marche-
ſanum *tract.de appella.*§.2.*cap.*2.*num.*67.*verſ.*
39 *dabitur appellatio.* reddentes rationem , quia
Deus ſolus ſuperior eſt conſcientiæ , vnde
nõ poteſt ad alios inferiores appellari.Franc.
vbi ſuprà,& Gregori.Tholoſ.*d.cap.*15 .*num.*3.
*& ſub num.*5.

40 Quæ reſolutio fallit,quando non eſt ſim-
pliciter onerata conſcientia iudicis , ſed ap-
poſitum eſt ſimul aliquod verbum reſpiciẽs
iuſtitiam ; puta ; ad iudicium tuæ conſcien-
tiæ , vel aliud ſimile, quia tunc datur appel-
latio. Lancelo.*de attenta.*2.*p.cap.*12. *limi.*10.
*num.*11. vbi alias refert limitationes , quas
tranſcribit Eſcacia *vbi proximè à num.*5. vide
etiam infrà num.47.

41 Vltra quos hanc noſtram doctrinam poſt
nonnullos affert Tiraquell. *in tract. de præ-*
ſcriptio.§.1.*gl.*8.*num.*4.*ad fi.& num.*5. *in prin.*
vbi per Angelum Paul.Caſtren. & Iſſ. *in d.l.*
de pupillo §. *qui opus* , declarat dictam regu-
lam *in d.*§. *aſſeſſorem* , quatenus dixit , quòd
quando aliquid committitur conſcientiæ
alicuius,non poteſt ab eius declaratione ap-
pellari, vt videlicet intelligatur , ſi is, cuius
conſcientiæ committitur , debet ſuam de-
clarationem iuramento confirmare , & poſt
Iſſ.Rebuf.*tract.de de appella.art.*3.*gl. vni.n.*4.
*tom.*3.*fol.* 489. quidquid dicat Eſcacia *vbi*
*proximè num.*9. *in fi.* ſe non videre hanc opi-
nionem vſu receptam , quæ quidem proce-
dit vbi non fit dicta declaratio in iudicio,
ſed ſit facienda à priuata perſona,non aliter.

42 Pro qua facit,quia quando lex, ſtatutum,
pactum , aut quæuis alia diſpoſitio vult , vt
ſtetur dicto alicuius, intelligitur iurato,non
aliàs , facit text.*in l. Theopontus*, *in verb. iura-*
tus ff. de dote prælegata. vbi id notat B. Anto.
in c.veniens. el 1. & ibi Feli.*colu.penul.de teſtib.*
idem Anton. *in c. finem litibus colu. penult. de*
*dolo & contuma.*ex eo notat Bal.*in c.tuis,de te-*
43 *ſtibus* , quòd iurare debet is , cuius teſtimo-
nio quiſpiam ſtare promiſit,etſi de iuramen-
to nihil dictum fuerit. Bal. *in l. iuſiurandum,*
quod ex conuentione , in prin. ff. de iureiuran. &
meliùs ibi in lectura antiqua.Iſſ.*in l.iuſiuran.*
& ad pecunias §. *quiſquis iurandum. de iur. iur.*
Marian.Soci.*in repeti.c.quod ſi ſuper rebus*, &c.
*quoniam colu.*2. *ante fi. vt lite non conteſtata.*
Hippolyt. de Marſi. *ſingul.*214. *ad validita-*
*tem.*Corneus *conſ.*40. *viſo proceſſu colu.*5. *verſ.*
*& ideo vbi ſimpliciter lib.*1. per *d.l. Theopontus.*
latè proſequitur , & probans Rebuff. *in d.*
tract.de præſcript.§.1.*gl.*8.*à prin.*

44 Iſte iudex,qui ſecundùm ſuam conſcien-
tiam iudicare debet : non tenetur aliquem
citare.gl.*in cle.*1.*de off.delegati.*Bal.& Alexan.
in l.de vnoquoque ff.de re iudi. quos eſt ſequu-
tus Alciat. *in l.ſi quis arbitratu in fi. ff. de ver-*
bor.obliga. Menoch.*de arbitra.iudi.lib.*1. *q.*17.
*num.*14. Et de materia quando aliquid con- 45
ſcientiæ alicuius committitur , & multa an-
notatione digniſſima vide affatim per Ma-
ſcardum *de probatio.*1.*tom.concl.*414.*per totam.*

Quæ regula in hoc articulo à nobis ap- 46
poſita , vt appellationi non ſit deferendum
à iudice,cuius conſcientiæ aliquid commit-
titur ſententiare ; declaratur , vt talis con-
ſcientia debet eſſe cum iudicio diſcretionis,
iuxta text. ſingularem *in cap.*2. *de regul. in* 6.
tradit Barba. *in d. conſ.*36. *num.*7. *lib.*2. Lan-
celo.*vbi ſuprà in d. limi.*10. *num.*15. qui *n.*11.
poſt Francum *in c.ſtatutum*, §.*aſſeſſorem de re-*
*ſcript.lib.*6. *ſub num.*15. *verſ. poteſt etiam limi-*
tari. hanc regulam limitat , vt procedat, 47
quando ſimpliciter eſt onerata iudicis con-
ſcientia , ſed ſi cum hac clauſula ſit appoſi-
tum aliquod verbum,vel qualitas reſpiciens
iuſtitiam ; vt puta : ſi dicatur (ad iudicium
tuæ conſcientiæ) vel ſimile, cùm tunc con-
ſcientia debeat cum iuſtitia regulari , & iu-
ſtè procedi , appellationi deferendum eſſe,
vbi ipſe in numeris ſeqq.alias tres limitatio-
nes proponit,de quo vide Lancelot. & Eſca-
ciam vbi ſuprà,& nos ſurſum n.40.

Nunc tractandum , quando à iure vel ab 48
homine aliquid iudicis poteſtati & meræ
facultati committitur , an à iudice negante
illam,appellationi interpoſitæ non deferens
vim faciat. Et non fieri vim,faciunt per text.
in l. non quidquid iudicis poteſtati committitur,
id ſubijcitur iuris neceſſitati. ff. de iudic. tenent
Immol. poſt Butrigar. *in c.*1.*col.*11.*de conſtit.* 49
dicens , quòd in commiſſis facultati iudicis
non appelletur. prout exemplum in caſu
*clem.*2. cum gl.*in verb. valeat,de iudicijs,& in*
clem. ſæpe eodem verb.de verb.ſignif. & c.conſu-
*luit de off.delegat.*idem dicit Innocent.*in c. fi.*
de ferijs. Areti.*in c.ſuper his.col.antepenult.verſ.*
& ad ea, quæ ponit.de accuſationi. & eſt doctri.
Specul.*in tit.de off.iud.*§.*impedit.*ſequitur Ab.
*in c...*Felin.*in c.exceptionem n.*2.*de exceptionib.*
*& in d. c. ſuper his colu.*7. *num.*13. Marant. *de*
ord. iudicio 6.*p.tit. de appellatio.* Cardin. Tuſ.
*practicar.concl.tom.*1. *litera A. concl.*415.*n.*1.2.
& 4.Bal.*conſ.*111.*proceſſus factus. lib.*5. Feli. *in*
*c. ſuper his num.*7. *de accuſatio.* Gratian. *in di-*
*ſcepta. foren. tom.*1. *cap.*146. vbi ex aliis infert
*num.*16. quòd ſi ſtatutum diſponat , vt iu- 50
dex poſſit in aliquo caſu carceratum ſub
fideiuſſoribus relaxare , qui ſi non fecerit,
non poterit ab eo appellari. quia non quid-
quid iudicis poteſtati relinquitur , id ſubii-
citur iuris neceſſitati,*d.l.non quidquid.* intel-
lige niſi aliàs ex alio capite iure communi
detentatio

detentatio ſit iniuſta,ab ea licet appellari, vt
latè dixi lib.2.c.4. quia tunc de iure neceſſi-
tatur iudex relaxare.

51 Et quando lex dat iudici facultatem di-
ſpenſandi , nam à denegata diſpenſatione
non poterit appellari, ita Bal. *in l.quicumque*
col. 6. *C. de ſeruis fugit.* quem ſequitur Feli.
*in cap. ſuper his num.*13. *de accuſationi.* idem
dicit latè Thom. Sanch. *de matrim.* Cardi-
nal.Tuſc. *practic. concluſ.* 1. *tom. litera A. con-*
*cluſ.*415. *ſub num.* 2. poſt Feli. *ibi num.*7. &
in hæc concluſio vera procedit ſine con-
tradictione , quam etiam probant Doctores
in ſequenti articulo de mero officio iudicis
allegandi.

52 Hinc eſt , quod cùm ſit in mera facultate
iudicis delegantis , reuocare iuriſdictionem
delegatam , *l. iudicium ſoluitur vetante eo qui*
iudicare iuſſerat. ff.de iudicijs. cap.vt noſtrum de
appellatio. c.paſtoralis de off.delegati, & de ma-
teria multa elegantia congeſſit Lancelot.
de attentat. 2.*p. c.*10. *per totum,* ad quæ recur-
53 rendum eſt omnino. Ab huiuſmodi tamen
auocatione,facta per ſuperiorem,appellatio-
ni emiſſæ denegans delationem , vim nul-
lam faciat, ex doctrina ſupradicta, & in ſpe-
cie tenet Bal. *in conſil.*3.*vol.*5. ſequitur Ma-
rant. *de ord.iudicior.*6.*p.tit.de appell. num.*351.
quod per Bal. *in conſil.*111. incipit *proceſſus*
in 5.*volum.* dixit Rebuff. *in commenta. tit. de*
*auocatio. tractatu de auocatio. artic.*1. *fol.* 208.
54 quod ſiue auocatio fiat cum cauſa , vel ex
leui, vel ſine ea, à tali auocatione appellari,
non poſſit , quia eſt arbitrij , & voluntatis
principis.

55 Quare & ex eadem ratione alia deduci-
tur regula, quòd appellationi à iudice dene-
gante facere id , quod facere poteſt ex ſuo
mero officio, nõ eſt interiectæ deferendum,
cùm tunc partem non grauet , Specul. *in tit.*
de off. iudicis §. *impedit verſ. quid ſi iudex n.*1.
*in fi.& num.*2.*lib.*1.*fol.*57.ideo appellari non
poteſt. Abb. *in c.exceptionem n.*8. *de exceptio.*
& idem Abb. *in c.ſignificauerunt n.*10. *&* 19.
de exceptio. Ioan. Andr. & communiter Do-
ctores poſt Petrum *in d. c.exceptionem.* plenè
Bal. *in l. nec quicquam.* §. *vbi decretum.* 8. *col.*
verſic.pro vberiori autem intellectu. ff.de off.pro-
conſul. & lega. Butriga. *in c. ſuper hoc.* 3.*col. de*
renuntiatio. Petrus de Ancara. *in c. pia col.an-*
*tepenult.de exceptio.lib.*6. Abb. *in clem.auditor.*
per gloſſ. *ibi de reſcript. & in cap. prudentiam*
§. *ſexta in fi. de off. delegat.* ſequitur Areti.*in*
c. ſuper his col. antepenult. verſ. ad ea quæ ponit,
de accuſatio. Bal. *in l.*2. *circa med. C.de ſeruitu.*
& aqua. Immol.poſt Butr. *in cap.*1. *col.*11.*de*
conſtitu. Anania *in l. iuſtitia* §. *iuris præcepta,*
56 *de iuſtitia, & iure.* vbi dicit, quòd iudex non
ſupplens de facto , cùm poſſit , non facit li-
tem ſuam, quia non læſit partem, cùm aliud
ſit lædere, aliud non iuuare, nec ob hoc po-
teſt appellari, vbi allegat Speculator. *vbi ſu-*
prà. idem repetit *in l. ſi vnus* §.*pactus. col.vlt.*
*verſic. concedo. ff. de pactis. & in l.*1. *in lectura*
antiqua ff. de exceptioni. Rota *deciſ.*47. incipit
de eiſdem. de appellatio. in nouis. Petr. de An-
car. poſt Lapum *in c.*1.*de confeſſ. lib.*6. *contra*
gloſſ. fi. ibi Bal. & Paul. de Caſtr. *in d. l. non*
quidquid. idem Paul.de Caſtr.*in l.vbi pactum*
col. fin. verſ.quid ſi iudex C.de tranſactio. dicit,
quòd licèt iudex poſſit repellere actorem,
cui videt actionem non competere , vt ibi
per gloſſam ſingularem , tamen ſi hoc non
facit , non tenetur , allegat *d. l. non quid-*
quid. latè Feli. *in cap. exceptionem num.* 2. *de*
exceptio.

Quam quidem concluſionem intellige, 57
veram eſſe ; vt procedat, quando aliquid of-
ficio iudicis committitur mercenario , hoc
eſt ; de illo officio , quod iudex motu pro-
prio exercere poteſt , ſicut repellere inha-
biles , arctare exceptiones , & ſimilia , con-
demnare in expenſis poſt litem conteſta-
tam , vt à iudice hoc negante non ſit lici-
ta appellatio,quia in eius mera facultate eſt,
& ita loquuntur Doctores ſuperiùs citati,
ſecus autem eſt dicendum , in officio iudi- 58
cis nobili,quo deſeruit actioni, & in eius lo-
cum ſubrogatur, prout eſt præſtatio alimen-
torum egenis , reſtitutio in integrum , cau-
tio legatorum præſtandorum, & ſimilia , &
quomodo cognoſcatur officium iudicis no-
bile , & mercenarium , vltra loca ordinaria,
Bart. & alij *in l.*1. *ff.de iuriſdict.omni ind.* Al-
beri. *in l.*1. *col.*3. *ff. de inter.actioni.* Bal. *in ſua*
practica , quam poſuit *in rubrica de off. iudicis.*
Petr. de Ferrariis *in ſua practic. in verbo , li-*
belli , in actione reali, in verbo quatenus ex offi-
cio. ponit Feli. *in c.*2. *col.* 4 *de off. iudic. & in*
*c.*1. *col.*3. *eodem tit.* & ideò cùm officium iu-
dicis loco actionis ſuccedat , regulatur , vt
actio. ſecundùm Hoſtienſ. *in ſumma de off.*
iudic. §.*vtrum. verſic. puta cùm petitur.* & cùm
in iis officium iudicis nobile imploratur per
partem loco actionis , à denegatione eorum
appellationi deferendum eſt vti legitimæ.
ita optimè B. *in l.* 1. *col. antepenult. ff. de iu-*
riſdict. omn. iudic. dicens , quòd illud quod
pars petit , non ſemper ſibi debetur , ſed iu-
dex ex officio poteſt facere ; vt ſibi detur,
licèt quandoque eſſet iniuria , ſi officium
nobile denegaret. *l.*1.§.*penult. ff.de aqua quo-*
tid. & æſtiua. & ideò introducta eſt appel-
latio à ſententia lata ſuper officio iudicis , ſi
denegetur , *per l.*1. *C. ſi ſæpius in integ. reſtit.*
fuer. poſtul. ibi , appellare enim debuiſtis , ſi
ſententia vobis diſplicebat.) & ita optimè
declarat Feli. *in c. exceptionem n.*3. *per totum.*

de exceptioni. idem etiam dicit Gratia. in di-
ſceptatio. foren. 1. tom. c. 146. per totum, quia
tunc dicitur grauare partem, vt poſt B. in l. 1.
num. 11. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Feli. in c. per
tuas, de teſtib. num. 6. dicit Cardinal. Tuſc.
practicar. concluſ. tom. 1. litera A. concluſ. 415.
num. 10.

Quam declarationem iterum declara, vt
59 non procedat: quando pars non petit, vt iu-
dex vteretur officio ſuo in eius fauorem,
nam tunc indiſtinctè eſt dicendum, vt à de-
negatione appellationi non ſit deferendum,
vt per d. l. non quidquid & l. 4. §. hoc autem ff.
de damno infecto. vt in non condemnatione
expenſarum non petitarum dixit Abb. in
c. ſignificauerunt num. 10. de exceptioni. per In-
nocent. in c. ad noſtram 2. de iureiuran. & per
60 alios, quos ibi allegat. Item quando non re-
pellit procuratorem inhabilem non peti-
tum, licèt poſſit, ita per Ioan. Andr. Petrum
Speculatorem & alios dicit Abb. in cap. ex-
ceptionem num. 8. de exceptio. optimè de hac
declaratione Feli. ibi. num. 4. verſic. ſecundus
caſus, quando pars non petit vt iudex, &c. Feli.
in c. ſignificauerunt limi. 4. num. 4. de exceptio.
Eſcacia de appell. quæſt. 17. limit. 21. à num. 34.
cum ſeqq. quidquid ipſe circa expenſas ſen-
tiat ſub num. 35.

61 Secus autem ſi fuerit petitum, quia tunc
ab iniuſta denegatione admittitur appella-
tio, ita tenet Speculator de off. omnium iudic.
§. impedit. verſic. quid ſi iudex num. 1. in fin. &
num. 2. lib. 1. fol. 57. Abb. in d. c. ſignificauerunt
num. 10. in vltimis verbis. Rebuff. in tractatu
de expenſ. dam. & intereſſ. art. 3. gl. vnica n. 15.
tom. 3. latè Eſcacia vbi proximè num. 34. & 35.
Cæſar Contar. in l. vnica limit. 11. num. 59.
verſ. amplia modò C. ſi de momen. poſſ. & cum
Feli. in c. ſuper his num. 113. de accuſa. plures
citat March. de commiſſ. c. 28. à num. 43. p. 1.
idem tenet Cardinal. Tuſc. pract. concl. tom. 1.
litera A. concl. 415. num. 11. & 12. vbi dicit, quòd
62 vbi aliquid committitur poteſtati iudicis,
non appellatur, ſi non facit, & ſic ab actu ne-
gatiuo, ſecus ab affirmatiuo, vbi lædit. &
idem ſi quando imploratur officium iudicis,
& ille non impartitur, quia data læſione, &
grauamine, appellari permittitur ab hoc ca-
ſu negatiuo.

63 Nam ex quo eius iudicis facultati, pote-
ſtati, & voluntati aliquid relinquitur, cùm
non neceſſitetur id facere, d. l. non quidquid
ff. de iudicijs, nec cogi poteſt per ſuperiorem,
ideo appellari non poterit, vt latè proſequi-
tur Gratia. poſt alios in diſceptat. foren. 1. tom.
64 c. 147. n. 13. quemadmodum & à conuerſo à
iudice faciente, quod facere, præcisè tene-
batur, & ad id cogi, & adſtringi poteſt, ap-
pellari non licet, vt per Innocent. & Abb.
in c. cùm in iure. tenet Aufrerius in deciſ. Tho-
loſa. q. 42. requiſitus. Rebuff. in commentar. 2. p.
tit. de literis requiſitorijs gl. 3. n. 10. qui dicunt,
quòd à iudice requiſito, adimplente, & ob- 65
temperante literas requiſitorias, & permit-
tente executionem, appellari nō poterit per
executatum, quia iudex requiſitus non eſt
niſi merus executor, & talis qui tenetur ob-
temperare requiſitioni iuſtè factæ, ergo pars
non poterit appellare cùm non grauetur.

Sicuti aliàs eſt licita appellatio à iudice,
negante facere id, quod facere tenetur, &
ad quod faciendum cogi poterit per ſupe-
riorem, prout poſt alios dicit ipſe Rebuff.
vbi proximè num. 4. & ſequentibus. quando
ſcilicet interponitur ab ipſo iudice requi- 66
ſito nolente adimplere iuſtas literas requi-
ſitorias, vt tam per viam recurſus ad ſu-
periorem, quàm appellationis requiſitus eſt
cogendus, vbi comprobat prædicta reme-
dia in hoc caſu. vide quæ nos ſuprà 1. p. c. 6.
verſic. & ampliùs noſtra reſolutio à num. 33.
vbi aliquos citauimus. Azeued. Bobadil. Cæ-
ned. & alios.

Hinc eſt, vt ſi Epiſcopus recuſat, differt, 67
vel eſt negligens ſine cauſa legitima, facere
inſtitutionem præſentato per patronos, vel
confirmationem electi, & ſimilia vltra re-
curſum, quem ad ſuperiorem pars habet (de
quo latiùs per nos ſuprà hac 3. p. c. 10. de pa-
tro. Reg. verſic. alia eſt via iure canonico., à
num. 206. cum ſeqq.) poteſt appellationis
remedio potiri interpoſitæ ab huiuſmodi
grauamine, vt docet Abb. in cap. paſtoralis
num. 6. de iur. patron. Rot. deciſ. 4. de iur. pa-
tron. Rochus de Curt. de iur. patron. verbo ho-
norificum num. 55. Paul. de Citadinis eodem
tract. 6. p. art. 2. num. 1. Ioan. Gutierr. de iuram.
confirmato. 3. p. cap. 13. num. 8. Zerol. in prax.
Epiſcop. 1. p. verbo ius patronatus §. 8. dub. 3.
Nicol. Garcia de benef. 10. p. c. 4. num. fi. tom. 2.
& diximus in d. num. 206. & ſeqq. & facit
quod de Epiſcopo iniurioſè & ſine rationa-
bili cauſa denegante præſtare conſenſum &
authoritatem alienationi patrimonij, ad cu-
ius titulum alienans fuit ordinatus, vt poſſit
ad ſuperiorem appellare, dicit cum Burſato
conſ. 178. n. 35. Quintana Dueñas Eccleſiaſti-
con. iur. lib. 3. n. 72. & alij citati à Nicol. Garcia
de benef. 2. p. c. 5. num. 185.

Sic ab ordinario denegante licentiam iu- 68
ſta cauſa rectori, aut aliàs beneficiato illam
petenti, licita eſt appellatio, vt per Abb. in
cap. relatum n. 6. de clericis non recip. Seluam de
benef. 4. p. q. 7. n. 29. & num. 171. Zerol. in prax.
Epiſcopal. verbo, ſtudium §. 1. & verb. reſidentia
§. 3. diximus latiſſimè ſuperiùs lib. 2. cap. 15.
verſ. & tandem vnum quod ad nos attinet,
num. 27. & ſeqq.

Quibus conuenit, quòd à negligentia,
69 vel tarditate iudicis in non faciendo, vel
procedendo in cauſa, & à denegante iuſti-
tiam miniſtrare, & cauſam diffinire, appel-
lationi interpoſitæ deferendum eſſe, dicit
gl. reputata notab. in c. 2. in fi. de appella. lib. 6.
& in c. ad aures, de ſimonia. Ioan. Andr. in cap.
dilecto, de appellatio. per argumentum c. 1. de
ſupplend. negli. præla. Panormit. in c. ex parte
el 2. num. 3. de appellatio. & per gloſſ. in c. 1.
de confeſſ. in 6. & per B. in l. 1. num. 7. ff. de iu-
riſdict. omn. iudic. idem dixit Menoch. de ar-
bitr. iudicum lib. 1. quæſt. 70. n. 15. idem etiam
probat & optimè Philipp. Franc. in d. cap. ex
parte col. 2. ad fi. verſic. quid autem ſi iudex non
procedit. Alexand. in l. hoc amplius §. Celſus
num. 13. ff. de damno infecto. Feli. in c. propo-
ſuiſti, prope finem, de for. compet. & in c. ſubor-
ta, ante num. 5. verſic. & iſtis adde, de re iudic.
Deciùs in d. cap. ex parte el 2. num. 3. Præpo-
ſitus in c. ex ratione num. 23. de appell. Feli. in
cap. paſtoralis ſub num. 14. col. penult. verſ. con-
ſidera 3. de off. ordinarij. Pedemonta. deciſ. 12.
numero 6. Rota per Seraphinum deciſ. 455.
num. 4. 1. tom. qui omnes ita profitentur,
70 dummodo præcedat trina monitio, ſeu in-
terpellatio iudicis negligentis, dempto Bar.
& Meno. qui de eo non loquuntur, & Phi-
lippo Fran. qui vnicam ſufficere dixit. vbi
71 diſputans reſoluit, non poſſe primum iudi-
cem volendo reuocare grauamen, cauſam
reaſſumere, & ibi etiam poſt alios per eum
72 allegatos, quòd ſuperior poteſt adiri per
viam querelæ, de quo eſt text. elegans in
l. cum antiquioribus. §. illud etiam. C. de tempor.
appellatio. in illis verbis ibi, cùm ſit ei aper-
tiſſima facultas & noſtram adire maieſta-
tem, & tarditatem iudicis in querelam de-
ducere, & noſtro beneficio potiri, &c.) ex
73 quibus inferre poteris ad Concil. Trident.
ſeſſ. 24. de reformatio. c. 20. dum de conſer-
uandis, & non amouendis cauſis in prima
inſtantia ordinariis inquit ad medium, ibi,
niſi Epiſcopus priùs requiſito, eóque negli-
gente, procedat, &c.) de quo ſuprà lib. 2.
c. 17. penult.

Hinc inſedit excludendus damnandúſ-
74 que error, qui oculos excæcat tyronum, vt
appellationi ab actibus negatiuis interiectæ,
iudex vim non faciat non deferens, moti
quòd iſti actus ſecum trahunt executio-
nem, maximè cùm nihil ſit, quod repona-
tur, cùm nihil attentatum ſit, & ſic nec vio-
lentia. Sed falluntur euidenter, primò, quia
75 non eſt validum argumentum, non eſt at-
tentatum, ergo non eſt violentia, quia vis
non ſolùm conſiſtit in attentato, ſed etiam
in non deferendo iuſtæ, & legitimæ ap-
pellationi ob rationem ſtatim aſſignandam
c. appellantem. melior text. in c. ad Romanam,
2. quæſt. 6. optimus & melior l. 4. tit. de las
fuerças. 10. p. 7. vbi in ſummario & in gloſſ.
Montal. & Gregor. Lop. vt in d. l. ibi, que
debe haber otra pena como ſi ficieſſe fuerça con
armas, &c. maximè cum loquatur illa lex
de non delata appellatione, ſituatur ſub tit.
de las fuerças, quod & nos latiùs examinaui-
mus ſuprà 1. p. c. 6. vbi apertè probaui, ſuffi-
cere appellationis legitimæ denegatam de- 76
lationē, vt regius recurſus interponi queat,
quia illa eſt pars, & principium violentiæ, ex
qua animus detegitur illam inferendi.

Nam ex quo appellatio ab aliquo actu, ſeu 77
ſententia negatiua eſt licita quoad vtrum-
que, prout contingit in caſibus hactenus re-
latis, vel in aliis pluribus ſiue interloqu-
toriis, qualificatis tamen, vtpote habenti-
bus damnum irreparabile, vel vim diffini-
tiuæ, vel cauſæ principali præiudicialibus,
vel quia à ſententia diffinitiua appellari ne-
quit, quoad vtrumque effectum, vt acci-
dit in appellatione à negata tortura reo de
delicto indiciato, vt ex Bal. Salicet. & An-
tonio Gomez. latè probaui ſuprà lib. 2. c. 1.
item in denegata copia actorum, item in
non admiſſione teſtium, vel probationis.
item in non admiſſione articulorum, & de
aliis pluribus ibi. in c. 1. p. 2. à principio, &
per totum. item à denegata copia indicio-
rum retorquendo infrà hac p. 3. cap. 14. &
quòd à denegata executione virtute obli-
gationis Cameralis aut guarentigiatæ. item
à ſententia negante miſſionem poſſeſſionis
petitæ, negante alimenta, aut penſionem
aliíſve variis caſibus, quibus ab affirmatiua
ſententia denegatur appellatio, tamen à ne-
gatiua, & ſic contra actorem lata licita ſit,
videre poteris ſuprà hac 3. p. cap. 4. à prin.
vbi exactiſſimè, & accuratè examinauimus,
& aliis infinitis caſibus per totum diſcur-
ſum huius tractatus paſſim reperiendis, quos
eſſet nimis graue, & faſtidioſum recēſere, in
quibus omnibus probaui, appellationi niſi
iudex deferat, vim fieri, declarādum, cùm ſit
licita. Ex qua ratione licitam eſſe appellatio-
nem, & cauſare attentatum interpoſitam à
præſentato per patronum laicum ad benefi-
cium parochiale reprobato, & ab habente
gratiā in forma dignum, pariter reprobato &
ſimilibus, diximus 2. p. c. 13. à n. 206. & ſeqq.
quæ vide, quia vtiliſſima ſunt ad prædicta.

Cui ſi iudex deferre non teneretur, ad- 78
huc remaneret iudex in cauſa, & quantum
in ſe eſt, cum integra iuriſdictione, qua me-
diante, poſſet ad vlteriora licitè procedere,
Bal. in addit. ad Specul. tit. de arbitr. col. 7. verſ.
ſed an pendente. arg. cap. cum appella. de appella.
lib. 6. Bal. ſequuntur Barb. conſ. 18. colu. 2. lib. 4.

Iſſ. *in l. pecuniam. num.*8. *ff. ſi certum petatur.* Boër. *quæſt.*284. *num.*24. *&* 25. Menoch. *de arbitra.iudicum lib.*1. *quæſt.*70. *num.*20. & alibi paſſim per Doctores, & vbi non licet ap-
79 pellari, iudex poteſt exequi ſententiam, & ad vlteriora procedere etiam appellatione pendente, latè comprobat Roland. à Valle *conſ.*77. *n.*20. *volu.*2. Lancelo. *de attenta.*2.*p. cap.*12. *limi.*25. *num.*1. & facit text. *in c.non ſolùm.* ibi, præterquam in caſibus à iure prohibitis.) vbi notant communiter Doctores,
80 & eſt validum argumentum, appellatio non ſuſpendit, ergo iudex procedens non facit attentata, quemadmodùm & eſt validum, à principio appellatio ſuſpendit, & eſt deferendum, ergo proceſſus attentatus, Franc. *in c.bonæ num.*36. *de appella.* Manfr. *practi.conclu. ſuper attenta.conſ.*131. Lancelo. *vbi proximè num.*8. optimè vide per Couarr. *in pract. quæſt. cap.*23. *num.*7. vbi plures allegat. Eſcacia *tract. de appella. quæſt.*17. *limi.*6. *memb.*2. *ſub num.*15. *fol.*334. *& limi.*22. *num.*23. *verſ. ſubextende* 1. & per arg. *l. per hanc C. de tempor. appella.* Vitall. *in tract. clauſul. nihil noua. appell. pend. in prin. in* 1. *limi.* Surd. *deciſ.*225. *num.*14. plures citat Lancelo. *d. limi.*25. *& limi.*27. *per totam.* Menoch. *de retinen. rem.*3. *n.*849. Mier. *de maiora.* 3. *p. quæſt.*24. *num.*62. *ad fi.* Cæſar Contar. *in repeti. l. vnic. quæſt.*12. *num.*6. *fol.*549. *C. ſi de momen. poſſ.*

Quemadmodum & è conuerſo ſi appel-
81 lationi defert (prout tenetur, & etiam ſi non teneatur) cùm per delationem abdicet à ſe omnimodam iuriſdictionem, & ad vlteriora procedere nõ poſſit, quia ſunt ei ligatæ manus *d. c. cum appellatio. friuol. de appella. lib.*6. B. Angel. & Immol. *in l. conſtitutiones, ff. de appella.* Franc. *in c. Romana §. ſin autem num.*5. *de appella. in* 6. plures per Lancelot. *de attenta.* 2. *p. c.*12. *limi.*1. *num.*70. *&* 80. Sigiſmun. Eſcacia *de iudi. cauſ. ciui. & crimi. lib.*1. *cap.*87. *num.*124. & latiùs nos ſuis locis diximus.

Quare licèt ſentẽtia negatiua ſecum tra-
82 hat executionem, hoc non prouenit à iure, nec à iudice, quia ius ei non attribuit hoc priuilegium, cùm in iis deferre mandat appellationi, ſed prouenit ab ipſa natura, quia non entis nullæ ſunt qualitates, nec in ipſa executione ius operatur, imò ſi potuiſſet, illam naturaliter impediret, prout facit ciuiliter, ſcilicet; illi reſiſtens omnino per appellationem permiſſam. prout clarè apparet ex eo, quia appellatio ſui natura legitima, &
83 permiſſa ſuſpendit effectum ſentẽtiæ, etiam ſecum trahentis executionem, quod notabile dixit Eſcacia *de appella. quæſt.*3. *num.*18. *& num.*74. Philip. Franc. *in c. ad hæc quoniam, ſub num.*1. *& ſub num.*5. *de appella.* Hieronym. de Monte Brixienſ. *defini. Rigundiæ c.... n.*1. poſt alios. cauſatque attentatum ex eiſdem Doctorib. Hierony. Gonzal. *glo.*9. *in annota. num.*183. & nos 2.p.c.13.n.261. & à nu.249. & poſt alios Doctores, & Rotę deciſiones in optimis caſibus fulcita eſt hæc doctrina 2.p. c.13. à num.206. & ſeqq. quos omnino vide, & quæ nos 2.p.c.13. num.274. & ſuprà.

Sed quia cùm denegando iudex delatio- 84
nem, vel ſua ſponte vel virtute decreti Regij (vt putant aliqui) retineat iuriſdictionem (vt dictum eſt) reperitur in proxima cauſa innouandi, & attentandi per proceſſum ad vlteriores actus appellationi contrarios, vel etiam excommunicando, aut carcerando appellantem ipſum, ac propterea ob hoc periculum imminens, & inſtans iuſtè recurritur ad ſupremum tribunal Regium, vt iudex compellatur, deferre iuſtæ appellationi deferendæ, & vt reponat omnia ſi poſtmodum attentauerit, & vt abdicet à ſe iuriſdictionem, ne impoſterum attentet, & vt ſecurus poſſit appellans, coram ſuperiore litigare, appellationem proſequendo, & ſic huius periculi vitandi cauſa recurſus Regius eſt concedendus.

Exemplo res fiet manifeſta, offero iudici 85
in cauſa vertente teſtes in eam intẽtionem, probantes prout aduerſarius ſuam, vel per alios, vel per ſcripturas probatam habet; iudex meos teſtes in contrarium vel redarguentes ſcripturas, vel directò aliter probantes contrarium, negat admittere, ab hac negatione appellatio emittitur, nolit deferre, dicunt iura eſſe in hoc caſu negatiuo licitam appellationem quoad vtrunque effectum, deuolutiuum, & ſuſpenſiuum ſimul, ſi in tribunali declararetur vim non fieri, remittendámque cauſam eidem iudici, potuiſſet ex potentia iuriſdictionis, quam adhuc retinet, ad ſententiam diffinitiuam procedere, & per probationem partis aduerſæ me inauditum, & non probantem reportare contrariam ſententiam, quod iura abhorrent.

Vel pone etiam, quòd poſtquam negauit 86
dictam admiſſionem teſtium, vel probationis ſtatum ad vlteriora proceſſit in cauſa, cùm ſuperſedere teneretur in ea virtute legitimæ appellationis, ſuſpenſionem operantis, quonam modo poſſent hæc attentata reponi, & huic oppreſſo ſuccurri, ſi ſalubris recurſus ad ſenatum denegatur, vel ſi in eo vim non fieri in non delatione, declaretur, diceretur potiùs attentatis, & violentiis fauorem, & auxilium præſtare, contra iuſtam catholicæ maieſtatis intentionem.

Ecce & adhuc in diffinitiuis ſententiis, 87
peto fundum meum detentum à Petro, vel peto centum, declarauit iudex, mihi non deberi

deberi reſtitui, licita mihi eſt hoc caſu regulariter appellatio, (niſi aliqua ſpecialis cauſa in contrarium obſiſtat) ſi iudex non defert, vel ſua ſponte, vel vi decreti Regij, non fieri vim, & cauſam ei remittendam virtute decreti ita declarantis, poteſt iudex executoriales expedire, in magnum iuris, partis, iuſtitiæ, & republicæ decus.

Et maximè attende, quòd in iis interloquutoriis negatiuis, in quibus appellationem legitimam eſſe in totius operis diſcurſu probaui, cùm eorum grauamen ſecum
88 afferat executionem, fortius eſt, & magis iuſtificatum grauamen, magíſque qualificatum, & probabile, quia eſt executatum grauamen, & cum effectu, ac propterea maior in eis ratio appellandi conſideranda eſt, & admittenda, potius quàm in aliis affirmatiuis, non executatis; in diffinitiuis autem ſententiis dubium non eſt (vt diximus) regulariter. & ita conclude, quòd à talibus grauaminibus appellationi interiectæ, dubium nullum eſſe poſſe: rectè cadere decreta violentiæ, ſicut & in cæteris, & aliter dicere, foret abſurdum, & negligere ius pe-
89 nitus. prout quotidie obſeruatur, indubitanter, & abſque contradictione ferè, quia ſolùm contenditur, & inquiritur, an appellatio (de cuius declaratione tractatur) ſit licita, nec ne, vt ſi licita reperiatur, primum genus decretorum, hoc eſt, vim fieri, defeſendum, & reponendum, expediatur. & ita tenendum eſt. & de hoc articulo aliqua etiam egimus ſuprà 1.p. c.6. fundamento 4. & inferiùs verſ. nonò ampliùs noſtra reſolutio à n. 33. vbi aliqua conſiderauimus, pluréſque in terminis Doctores adduximus, quos hîc omiſimus. ac ideo ad ibi dicta poteris recurrere.

CAPVT XIV.

A ſententia lata in criminalibus cauſis an, & quibus caſibus, iudex non deferendo, violentiam facere, dicatur. vbi etiam latè quid in notoriis, & quando.

SVMMARIVM.

*Appellationi emiſſæ in criminalibus, ſicut & in ciuilibus regulariter vt licitæ deferendum eſſe, quotidie decernunt Senatus Regij. n.*1.

*Nec interim exequenda eſt ſententia. n.*2.

*Sententiæ executio fieri non poteſt durante termino ad appellandum. n.*3.

*Executionem faciens iudex in criminalibus capitaliter punitur. num.*4.

*Iudici exequenti violentiam in criminalibus poteſt licitè per vicinos, & conſanguineos condemnati reſiſti. n.*5.

*Etiam in delictis enormibus, & atrociſſimis, in quibus ſpecialiter non eſt prohibita appellatio. num.*6.

*Et etiam in crimine læſæ maieſtatis, magis communiter reſoluitur, cum declarationibus, remiſſiuè. n.*7.

*Appellationi in criminalibus nec tacitè, nec expreſſè renuntiari poteſt. num.*8.

*Renuntiatio appellans in criminalibus valet, vbi delictum eſt notorium. n.*9.

*Confeſſus & conuictus ſimul in delictis non auditur appellans, ſed iudici exequi permittitur. num.*10.

*Et in quibus delictis. ibidem, & n.*11.

*Confeſſus & conuictus in criminalibus & pecuniarijs cauſis non auditur appellans. n.*12.

*Confeſſio vt tollat in criminalibus appellationem, requirit ſpontaneam, non per torturam aut illius formidine. n.*13.

*Lex tollens appellationem confeſſo intelligitur de ſpontè confitente. n.*14.

*Confeſſio ſpontanea dicitur, quæ poſt torturam illatam legitimis præcedentibus indicijs ratificatur, quæ appellationem impedit. n.*15.

*Confeſſio eius, ad quod quis eſt in ciuilibus condemnatus, emanata poſt ſententiam impedit appellationem. n.*16.

*Confeſſio poſt ſententiam in criminali cauſa non impedit appellationem. n.*17.

*Appellatio de iure ciuili & canonico vt ſit prohibita, confeſſum & conuictum ſimul adeſſe, qui teneant. n.*18. *vbi de communi.*

*Appellatio vt denegetur reo tam de iure canonico, quàm ciuili, vt ſufficiat ſpontanea confeſſio qui teneãt, & magis communem dicant. n.*19.

*Confeſſus reus tantùm ſi in appellatione inſerat aliquam cauſam offuſcantem eius confeſſionem appellare poteſt. n.*20. *& n.*22.

*Confeſſus ſpontè & condemnatus ſi nullam inſerat in appellatione cauſam offuſcantem confeſſionem non appellat, ſed ſententia exequitur ea non obſtante. n.*21.

*Quod procedit tam de iure canonico, quàm ciuili. num.*22.

*Et tam in ciuilibus cauſis, quàm in criminalibus. num.*23.

*Appellationi emiſſæ per condemnatum de crimine ſimoniæ deferendum non eſt. n.*24.

*Appellatio non denegatur à ſententia collationis beneficij vacantis propter ſimoniam lata à mixto executore. n.*25.

*Simoniacus notorius vel confeſſus non appellat, vel quando ſimoniacus reſpectu ordinis, etiam occultus, quia tunc non appellat. n.*26.

*Simoniacus occultus appellat ſi ſimonia cadat ſuper beneficio. n.*27.